



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

14. De præfecto Tyberij Cæsaris à B. Maria correpto, quod blasphemio faueret, & de pœna Anatolij in Christum & Mariam blasphemi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

ginis Matris maledixisse, & mox illum eodem loco subita & horrenda morte luisse poenas, à quibus ad æternum supplicium haud dubiè raperetur. Nunc Euagrium quoque, & suffragantem ei Nicephorum audiamus.

Petrus Canisius lib. 5. cap. 20. operis de B. virgine Maria citans Euagrium & Nicephorum. De Praefecto Tyberij Caesaris & B. Maria correpto, quòd blasphemus fueret, & de poena Anatolij in Christum & Mariam blasphemam.

C A P. X I I I I.

Tiberius Cæsar, qui proximè ante Martium regnavit, Imperialis Palatij Praefectum habuit, virum in cæteris excellentem, sed Anatolio in Christum & Matrem eius contumelioso male fauentem, vt causam eius defendere videretur. Fessus autem est Praefectus, vir minimè vanus, sibi Deipara apparuisse, & secum grauitè exostulasse, haec ferè verbis: Quousque tandem Anatolium propugnas, qui tam impudenter supra modum me & filium meum illudit? Hic enim Anatolius, vt paulò fusius historiam explicemus, quum Antiochiæ versaretur, nefandorum sacrificijs deditus, & maximis quibusque flagitijs coopertus, neque minus in diuina mysteria blasphemus fuit, quem idcirco Cæsar in vincula conijci, & ad se Constantinopolim adduci iusserat. Fortè tunc accidit, vt imago sacrae virginis ex funiculo penderet

in carcere, quo conclusus erat idem Anatoli-
 lius; in hanc igitur ille tot scelerum sibi con-
 sciis oculos conijcere, & coram ea supplici-
 ter orare, veniamque petere, & externo qui-
 dem corporis habitu animi poenitentiam si-
 mulare: sed ut ea hypocrisi & ficto animo su-
 peros fallere minimè posset. Caterùm à Præ-
 fecto carceris alijsque multis, qui in custodia
 tunc aderant, est animaduersum, Deiparam in
 imagine dicta expressam, velut iratam mulieris
 similem, auertisse vultum, ac nullum Anatolij
 precibus tribuisse locum, quasi blasphemum
 & execrabilem hominem prorsus auersare-
 tur. Sed & eadem imago pijs in vrbe alijs eo-
 dem tempore per visum oblata est, multis in
 eo tandem conspirantibus, ut Anatolij tum in
 Mariam, tum in Christum ipsum valdè con-
 tumeliosi horrenda impietas publicè vindi-
 caretur. Proinde visum est omnibus hunc fa-
 cinorosum ac impium è medio tollere, qui
 bestijs expositus, ab ijsque deuoratus fuit: lu-
 pis etiam inaudita crudelitate in mortuum
 grassantibus, quoniam rapaces bestix cadaver
 impij detrahere, rapere, atque discerpere vo-
 luerunt.

*Gregorius Magnus libr. 4. cap. 17. Dialogo-
 rum. De Musa puella, qua post apparitio-
 nem B. virginis nouum hominem induit,
 & paulò post sanctè moriens, videt Deipa-
 ram, virginibus speciosis stipatam, cui se vo-
 canti, mox è corpore emigras illa cõiungitur.*

C A.